Anno nat. dni lxxxiiii

Clemens romanus post Faustinum sedit annis ix mensibus ii diebus x. Hic cum multos libros christiane religionis scriberet in exilium missus est. Hic statuit ut pueri quantocius fieri posset baptizentur et statim confirmarentur. Alias decederent non esset perfecte christianus. Hii iiii post Christum scilicet Petrus Linus et Cletus et Clemens martirio coronati sunt. De istis quatuor Linus erat vivente Petro vivere quoque Nerone. Nam vices eius gessit iustus rector. Annis quidem ultra fatum colens. Et Cletus vivente Petro Lino sociatur. Qui simul exterius curabant. Sed dabat intus dogmata sacra Petrus. Qui socius Lini fuerat post ipse Cletus. Annis tredecim Rome sedisse videtur. Quorum temporibus rapitur in orbe Petrus. Ignacius fuit episcopus post beatum Petrum Antiochenus et ipse est iii episcopus in ordine ecclesie Antiochene. Item de Clemente versus: Papa fuit Clemens. Sic tu dyadema tenente annis ter trinis mensibus duos quo moriente transierunt et adhuc octo dieque dies. Hic Clemens iii anno Traiani martirisatus est.

De festo Clemente iiii^to pontifice

Maria virgo assumitur. Unde Virgo parens rapitur super ethera annis quatuor atque decem fuit in partu benedicta. Triginta que tribus cum nato rapere eius septemque decem sola cum filius astra subivit. Dicit tamen Epiphanius Maria vixisse xxiiii annis post domini ascensionem. Sed in speculo dicitur quod anno xv post ascensionem domini fuit assumpta vel anno quinquagesimo tercio cum sanctis virginibus. Annis spiritus et corpus eius sic cum deo. Felix fuit preses Samarie et Galilee

De assumptione beate virginis

Anno domini lvi

Nero Domicius regnavit annis xiiii mensibus vii diebus xxviii. In principio bonus in fine nequam. De quo Traianus dicere solebat cunctos principes longe distare a Neronis quinquennio. Hic multa mala commisit magnam partem senatus interfecit. Parricidia multa commisit. Uxorem matrem fratrem nigrosque peremit. Romam incendit ut equale fuisset incendium Troie videre. Piscabatur retibus aureis. Soleas argenteas fecit mulis et equis hostis

De Nerone sexto imperatore

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_924/0123

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG